



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 11. Verbum. Christus mulieri via verbi non respondit, sed virtutis, vt Daud ait.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

professo conveniret, illas dissonas voces intel-
 lekturus quando vocum moderator, eas temperat,
 & faderet, quod ad singulas voces attentam
 aurem attigeret, quam cum iudicares musica mo-
 dulatis vocibus bene sonanti delectari? Oratio
 musica est, quam anima nostra Deo concinit,
 quæ siuectas & multas habet potentias, vt or-
 ganum fillulas, & cythara neruos; oportet ante
 orationem, illas disponi ac temperari: *Laudate*
eum in chordia & organo. Orationem, præcedat
 præparatio: hanc enim omnes vitæ spiritualis
 instructores præsupponunt, primo requiri, vt
 animæ potentia colligantur, quietentur, exte-
 riores vero ad omne sensibile conclusantur.
 Quid hic negotii, quæ non difficultas? cū & ipsi
 Sancti, quando ad orationem se disponunt, mul-
 tis indigeant viribus vt disponant intellectum,
 de terra eum subleuent & cælo inserant, item
 memoriam, item phantasmam imaginatiuam.
 Ecce quam Deus musica reuertetur orationis:
 aum enim adhuc te præparando distrahens, te-
 eum ipse doctaris, iam ipsa attentas arripit au-
 res, iam illi placet, iam delectatur: hoc enim est:
Ps. 9. 38. Præparationem cordis eorum audivit auris tua.
 Quam illi placebit, quales arripit aures, quam
 recreabitur ipsa deuotione orationis, quæ vt sua
 ne fragrans incensum ex cordis intimis ascen-
 dit, igne accensa tribulationis?
 In Ascet. Hinc colligit D. Nilus, discipulus D. Chr. ra-
 tionem, cur Deus sæpe taceat, & nostris petiti-
 onibus non tam propere respondeat vt desidera-
 mus: nostram enim ipse novit miseriam, quod
 eo solum tempore orare perseveramus, quo non
 accipimus, id quod postulamus, & ea iam conse-
 cuti, retrocedimus: sicut passeribus (sicut ipse
 per Oseam testatur) qui grana colligentes, silico-
 auolant: *Ephraim quasi auis auolauit.* Idcirco nos
 detinet, tacet, dissimulat, sicut eam hac Chana-
 næa, quæ, vt eum vidit non respondentem, imo
 & terga vertentem, illum prosequitur acclaman-
 do *Miserere mei Domine, fili David.*

§. II. Verbum. *Christina mulieri via verbi
 non respondit, sed virtutis, vt David ait.*

30 **A**liud quoque, quantum conicio, signat
 Evangelista Matthæus, dum non simpli-
 citer ait: *Non respondit ei,* sed addit: *Non re-
 spondit ei verbum.* q. d. Non respondit ei verbo.
 L. Mediat sed opere, magnum ei præstans beneficium, Ad-
 cap. 6. uertit David & nota: D. Bern. Quod aliquando
 Ps. 101. 24 non respondeat Deus verbo, sed opere. Respon-
 dit ei in via virtutis sue. Aliquando enim respon-
 dit ei verbo, concedens id quod petimus, sicut Moy-
 ses.

si roganti remissionem peccati populi, respondit:
Dimisi iuxta verbum tuum. Dicit ei cæcus; *Domine,
 vt videam:* Cui Christus. *Respice.* Leprosus. *Matt. 8. 23.*
Domine, si vis, potes me mundare. Statim respon-
 det directe verbo petitioni, sed via virtutis, id est
 animæ non annuit postulatis, sed dat ei virtutem
 necessariam, & donum maxime conueniens. *Similiu-
 do.*
 Præfides gubernator castro præfidiario, senio
 confectus & pauper, supplicat Regi, cum hoc
 onere absoluat, alio dimoneat, se iam nimio la-
 bore fatigatum. Iudicat Rex non esse ex te il-
 lum amoveri. Non respondet ei directe verbo,
 sed via virtutis, superaddens ei sex millia ducato-
 rum subsidaria, vel centum, seu titulum qua-
 tuor millium ducatorum, quibus sibi possit suc-
 currere, eodem in præsidio remanere, & regi-
 minis labores sustinere. Ita quoque sæpe re-
 spondet Deus: non enim respondet, dando ho-
 mini ea quæ petit quia non eius sic suadet salus,
 attamen respondet ei via virtutis: nouam ei con-
 fectis gratiam, vires magnas, dona cælestia qui-
 bus potest pluribus meritis proficere, & agere
 virtutum incrementa. Ita respondit Deus D.
 Paulobis, ter enim, genibus supplex poposcit a
 Deo, vt hanc illi præstaret gratiam, & a carnis
 tentatione liberaret. Tacet Deus, & multo tem-
 pore non respondit ei directe verbo, sed respon-
 dit, nouam ei dans gratiam, nouos animos, nouos
 spiritus, quibus ad intus, possit patienter & me-
 ritorum augmento laborem illum sustinere, con-
 stans, ac firmus cum humilitate sine peccato
 permanere. Hoc declarat ipse Rex David: *In Ps. 137. 3.*
*quacumque die inuocauero te, exaudi me, multipli-
 cabis in anima mea virtutem.* Expedit D. Chry-
 astam lectio: *et in quacumque die inuocauit, ex-
 audisti me.* Et hoc confortat, inquit, ei quod
 Dominus per Prophetas suos pollicitus fuerat.
*In quacumque die inuocaueris me, exaudiam te, &
 dicam.* Ecce te loquente, adsum. Attende, o Rex
 Propheta, qua ratione hoc dicit, cum legamus
 te sæpius Deum inuocasse, qui aliquando tibi
 non respondit, aliquando vero aperte tibi pos-
 tulata negauit? Te ipsum testem produco, qui
 utique sæpius integras dies, noctes integras ad
 eius ostium supplex rogasti, sed nec tibi respon-
 dit: *Deus meus clamabo per diem, & non exaudiet, &
 nocte, &c.* Tu ipse obortis lachrymis, solo pro-
 stratus, pro filii tui salute, ex Berthabea nati, Do-
 minum es deprecatus, & hoc quoque tibi ne-
 ganit: quomodo ergo dicit: *In quacumque die in-
 uocauit te, exaudisti mei?* Bene locutus sum: non enim
 dico, quod sæpe quando rogavi, mihi postulara
 cuncta concesserit, sed quod me exaudierit, quia tibi
 mibi.

mibi petita non indulerit, nec a labore liberauerit, nec artibus, nec infirmitati finem dederit, concessit mihi tamen virtutem, auxit vires, diuinam suam gratiam, celestia dona multiplicauit, vt maiori merito possent patienter aduersa sustinere, & hoc est quod addidit: *Multiplicasti in anima mea virtutem.*

Nota: D. Chrysost. aliam lectionem: *Constitisti anima mea virtutem.* id est, semper me rogantem exaudisti, constituendo, concedendo & largiendo virtutem quandam auxiliarem, quã labores omnes, omnes aduersitates infractò animo, & multò merito rum lucrò possum tolerare. Ex hoc intellige Christi verba: *Petite & accipietis; omnia enim qui petit accipit.* Non dicit, *petite, & accipietis* id quod petitis, sed *accipietis.* Nec dicit, *omnis qui petit, accipit* id quod petit sed *absolutè accipit:* quia si non accipit id quod petit, nec ei Deus verbo respondet, accipit id quod est illi salutare; sæpe quippe, non nobis contemnit id quod petimus, & nobis Deus id nõ concedit, sed dat nobis vires, spiritum, gratiam suam, & hoc (teste D. Greg.) præstantius est beneficium, non nobis laborem auferre, sed dat virtutem, patientiã, vt alacriter, libenter, magnam consolatione, vniformicum Deo voluntate pondus aduersitatis perferamus. Insigne fuit illud ac magnificum beneficium, quo Deus clarissimos sibi & electos a dolentes in Babylonia est inuneratus: non eis ignem cui iniiciebantur, extinguendo, sed saluificum ministrando rorem, & qui tali modo ignis temperaret ardorem, vt nedum illos non adureret, sed pleni diuina consolatione in medio fornacis ardentis ambularent.

Quali gaudio D. Paulus replebatur, dum ait: *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis Gloriamur in tribulationibus:* An decumbis infirmus? pete, quod si taceat Deus, nec tibi verbo responderet, dando tibi valetudinem pristinam, tibi respondebit viã virtutis, dabit tibi patientiam, quã ipsa tibi plus proderit infirmitas, quã valetudo De inopia querens? pete, si tibi non respondeat opes largiens, respondebit, dando tibi vires, fortitudinem, & spiritum Apostolicum, quo ipsa possis paupertate gloriari. Hæc omnia piè pius Bernard. *Dices quoridie oro, & orationis meæ nullum fructum video, nemo mihi respondet, nemo loquitur, nemo quidpiam donat, incassum laborare video.* Sic loquitur humana stultitia, non attendis quid inde veritas promittat, dicens. *Amen dico vobis: quia quicquid rogauerit petiti, credite, quia accipietis & fiet vobis.*

Noli ergo vilipendere orationem tuam, quoniam illi ad quem oras, non vilipendit eam. Et vnum de duobus indubitanter sperare debemus, quoniam aut dabit nobis quod petimus, aut quod nobis nouit esse vitium. Hoc egit cum muliere hæc Chananaea, non respondit ei verbo, sed *Respondit ei in via virtutis suæ.* Dedit ei fortitudinem, patientiam, perseverantiam, auxit fidem, spem roborauit, accendit charitatem, desideria eius viuificauit, cor animauit, quibus ad tantum perfectionis profecit gradum, vt ipsi Christo miraculo esse videatur.

§. 12. *Accedentes Discipuli. Christus hoc eis negat, quod pro muliere hæc requirebant, vt eius ostendat virtutem.*

VT primum Christus huius mulieris adiuit libellũ supplicem, ita vertit, nec respondit ei vllum verbum, celeri gradu progreditur, abijt, & quasi illam fugit, illa verò eum prosequitur, & à tergo insequens, lachrimosa voce sæpius ingemna: *Miserere mei, Domine fili David* idque tam moleste, vt Apostoli tadio affecti, Christum adierint. *Rogabant eum sic emens: dimitte illam: quia clamat post nos.* D. Chrys. ex his verbis D. Cyr. colligit, quod ipsa Apostolis, tor clamoribus ac ciuitatibus fuerit permolesta, vt quasi Christo cõquererentur (vt ipse capit) *Libera nos à molestia, Gen. libera nos à clamore, quem excitat, &c.* Domine, dimitte illam: quæ nobis suis ciuitatibus ac ploratibus caput obtundit. Communis Sanctorum opinio credit, hanc Apostolorum pro illa intercessionem actam ex pia commiseratione: Sancti erant, compatiebantur, videntes mulierem tam afflictam, tanto labore miseram, proinde Domine: Attende, (amabo te) quã nobis cor transfigat mulier hæc miserrima, cuius calamitas nostra pernam ac lanat viscera, placeat tibi eam læto responso consolari.

Hiuc illud primum collige, Sanctos nostras adiuuare preces, & suas nostris lachrimis martire intercessionis: non enim eos Deus minoris facit, quam mundi Rex suos familiares: & si hos illi exaudiant, tum quod eos ament, tum quod eos velint honorare, vt omnibus innotescat, quod apud se multa polleant auctoritate: multo magis audiet Deus Sanctos suos quos pluris facit, & cumulatus honorat, & vult sincerius ostendere quanti eorum apud se vigeat ac possit suffragium. Secundum Nota: cum iam illi non possint mulieri dare, quod ipsa petit, *hoc ei dant, quod possunt, scilicet sua illi fauere*

32

I. Sancti nostras iuuant orationes.

D d d & opia

31
DICH.
11. 137.
Tom. 1.
Luc. 11. 9.
1. Cor. 13.
14.
B. B. R.
L. de
Med. c. 6.